



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Exercitiorvm Spiritvalivm

Capilla, Andrés de

Coloniae, 1607

Quando videmus pauperem. Exercitium 19

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53232)

onem habere possimus.

Petitio.

Obscramus Deum vt communicet proximo quem cernimus veras diuitias, quę folius animę sunt: & gratiam illi largiatur, sic vtendi bonis hisce temporalibus vt nõ amittat æterna. Idem pro nobismetipsis petemus.

Oblatio.

Offeremus Deo, omnes diuitias, gloriam, & potestatem præsentis vitę; quia ipsius sunt omnia, & in ipso vniuersa hæc multò perfectius & excellentius sunt, quam in semetipsis.

Quando videmus pauperem.

Exercit. 19.

Matt. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.

1. Cor. 8. Christus propter nos egenus factus est: cum esset diues, vt illius inopia nos diuites essemus.

Psal. 9. Factus est Dominus refugium pauperi.

Psal. 39. Ego autem mendicus sum & pau-

pauper: Dominus sollicitus est mei.

Prou. 14. Qui miseretur pauperis, beatus erit.

Proue. 17. Qui despicit pauperem exprobrat factori.

Consideratio.

Considerabimus: Tenuis conditionis & fortunę homines, qui à mundo vilipenduntur & despiciuntur habentur, coram Deo sepe magni aestimari, & cæteris præferri. Considerabimus præterea Christum Dei sapientiam, paupertatem in vita sua maximè dilexisse, atque illam sibi met elegisse.

Gratiarum actio.

Gratias referemus Deo: quod in manibus & potestate nostra diuitias spirituales cœlestesque thesauros collocauerit, eorumque nobis clauē, hoc est, gratiam suam tradiderit, ut indies atque omni momento, merita nostra magis & magis augere atque amplificare possemus.

Confu

Confusio.

PVdore suffundemur: considerando quanta tolerant, & agant homines, vt à se bonorum temporalium indigentiam siue paupertatem propulsent; nec interim solliciti sint, quod per suam negligentiam in bonis spiritualibus indies pauperiores efficiantur.

Petitio.

ROgabimus Deum, vt gratiã proximo quem cernimus, paupertatẽ suam & despectum patienti animo tolerandi largiatur: illumque & nos, donis suis locupletet.

Oblatio.

Offeremus nos Domino, ad sustinendã ipsius amore, omnem paupertatẽ & indigentiam bonorũ temporalium, atque omnem nostri ipsorum contemptum: offeremus nos præterea Domino ad succurrendum proximorũ nostrorũ indigentia, atque omnibus totius mundi necessitatibus, si non opere saltẽ voluntate, si nobis facultas esset id perficiendi.

QUAN-